


...entatorum colonien con Gmari
...ant... et omnes de veritate fidei... h. b. s.
Formulae... et Canos... colonie





[Faint handwritten text, possibly a library or collection number]

[Faint handwritten text on the front cover, possibly a title or author's name]

20394

FORMVLA
AD QVAM VISITATIO INTRA
Diocēsim Coloniensem exigetur.

Adijciuntur huic formulæ, Canonum ferme omnium Argumenta Concilij provincialis Coloniens. dudum celebrati, quibus paucis eliciuntur, quæ nã in illis ipsis (breui in lucẽ prodituris) ad longum contineantur.

Anno M. D XXXVI. Mense Octob.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

GEORGE M V E A

AD QVAM VISITATIO INTRA

Diebus Colonie...

Adhuc in hac locum, Canonum...

M. D. C. C. C. C.



COMMISSARIUS...

FORMVLA AD QVAM VISITATIO INTRA DIOCOESIM CO- LONIENSEM EXIGETVR.



HRISTVS IESVS PASTOR ILLE BONVS, qui venit quærare & saluum facere quod perierat, circuibat omnes ciuitates & castella, docens in Synagogis eorum, prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. Videns enim turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes sicut oves non habentes pastorem. Quæ Christi actio, quid aliud est, quàm nostra (qui pastorum munus in Ecclesia gerimus) instructio, & viuæ quædam admonitio: nempe, vt eisdem vestigijs incedentes, requiramus gregem nostrum, quem hac corruptissima tempestate partim hæresum ac schismatum agminatim in Ecclesiam Dei irrepentium

contagione misere dissipatum, partim scelerum, ac malorum morum lue contaminatum ac conspurcatum cernimus. Atq; adeo nobis requirendi imminet necessitas, vt si in hoc officio diutius torpentes fuerimus, Dominus sanguinem ouium alioqui periturarum de manibus nostris sit exacturus. Sed quid attinet in formulam gerendæ visitationis multis præfari. Cuius nedum utilitas, sed & necessitas præterquam quod seipsam ostendit, in Prouincialis nostri Concilij Canonibus satis superq; demonstrata est.

In præsentiarum ergo de ordine tantum rei gerendæ dispiciemus. Quod non parum referre visum fit in omni re, præsertim magna ac graui decentem ordinem sequi.

Quod autem ad præsens negotium attinet: Ordinem in duobus potissimum consistere putamus. Primum, quo progressu loca singula Diocæseos nostræ, in quibus Ecclesiæ ac domus deo dicatæ, sunt constitutæ, visitare oporteat.

Deinde quis ordo cum ad singula loca deuentum erit, in ipsa visitationis gestione tenendus sit.

DE ORDINE ET PROGRESSV LOCALI.



Visitationem nostram iamdudum ipsi ab Ecclesia nostra metropolitana Coloniensium, orsi sumus. Quam intra Ciuitatem Coloniæ per Visitatores nostros continuari oportebit, nec ante extra hæc Metropolim nostram progredi, quàm visitatio ibidem vndiquaq; peracta fuerit, quod fieri oportere, non tantum Canones præscribunt, sed & ratio ipsa docet, quæ à principali vrbe, atq; adeo in cõmuni re à capite ordiri æquum iustumq; censet. Quàmuis nec id ipsum scripturæ exemplo vacet. Quod Christus voluerit Euangelij prædicationem ab Hierusalem incipere. Deinde in omnem Iudæam & Samariam, deniq; vsq; ad vltimum terræ propagari.

Intra Ciuitatem nostram Coloniensium, in primis inuisenda & reformanda est Ecclesia nostra Metropolitana, quod facere (vt iam diximus) ipsi cepimus, ac deo dante perficiemus. Visitatores autem per nos delegati, in primis de loco idoneo conueniant, vbi habita consultatione dispicient ante omnia, vt officio nostro (quod partim Vicarius noster in pontificalibus, vnus ex Visitoribus delectis, partim Officialis, partim Vicarij nostri in spiritualibus gerunt) iuxta censuram Canonum Concilij nostri Prouincialis satisfiat. Quo etiam vocandi erunt, qui functionibus hisce subministrant, quatenus videbitur opus. Et in primis Procuratores Fiscales. Dein adibunt Ecclesias collegiatas. Subinde ad monasteria transibunt, & virorum, & mulierum. Posthec ad Parochias ibitur, proximum loca hospitalia occupabunt. Postremo, Vniuersitatis ac Academiæ nræ Ciuitatis conuocatio, & visitatio q; haud prætermittenda, modo tam men ei, nostra ope videbitur opus, ad studia subleuanda. Pædagogia quoq; omnia tam apud Collegiatas, quàm Parochiales Ecclesias constituta, inuisenda. Et quoniam Scholis coherent Bibliothecæ, nec harum perlustratio negligenda erit.

FORMVLA VISITATIONIS

Postquam peracta fuerit in nostra ciuitate Colonia Visitatio, ad oppida & vicos dioceſeos noſtræ eo ordine, quem locorum ſitus aptiorem demonſtrauerit, aut Viſitatorum conditio commodiorem reputauerit, perducenda, ſic vt à vicinioribus ſenſim ad magis diſſita, ac remotiora loca properetur.

Et hic idem quē in ciuitate noſtra Colonieſi. obſeruandum præſcripſimus ordo, quadātenus fieri poteſt, ſeruandus eſt, Nimirū vt in oppidis inſignioribus, vbi eccleſiæ collegiatæ, monaſteria, parochiæ & reliquæ piæ domus reperientur, eodem progreſſu Viſitatores noſtri incedant. Porro ſi commode omnia oppida adiri poſſint, præſertim populofa, tum id vt fiat, non inuitie ſane fore arbitramur.

Quod ad vicos attinet & modica oppidula, quæ omnia commode adiri non poterunt, hic modus ſeruandus eſt, nempe vt Viſitatio per ſingulos archipreſbyteratus diſtribuat, ſic vt Viſitatores accerſitis in archipreſbyteralibus ſedibus archipreſbyteris, qui parochiarum ipſis ſubiectarum exactam notitiam habent, eidem vt indicibus vtantur, præſertim in hoc, num ſufficiat vt parochi ei ſedi ſubiecti, cum preſbyteris & clericis, concomitantibus aliquot parochianis potioribus, ad ipſam archipreſbyteri ſedem omnes euocentur. An vero referat, vt quidam ſigillatim inuiſentur. In hoc em̄ habenda diſcretio eſt, ſecundum populi vel multitudinem vel paucitatem, Deinde habenda etiam ratio neceſſitatis, quod vicus quiſpiā, aut ob vnā aut ob aliam cauſam præſentis viſitationis remedio magis etiam quā oppidum aliquod opus habere poſſit.

¶ Cæterum, ſi nulla ſit præcipua ratio quæ exigat Viſitatorum in ſingulis oppidulis aut vicis præſentiam, poſt peractam viſitationem in vna ſede archipreſbyterali, ad aliam viciniorem vti locus & res poſtulauerit, tranſeundum erit.

De quibusdam initio curandis. quæ vtrunque
progreſſum expeditiorem reddent.



In primis dabimus Viſitatoribus noſtris præſcriptam mandati formā, ſigillo noſtro publico communitā ac authenticam, qua om̄ibus ſuæ miſſionis ac functionis certam fidem facere poſſint. Quod eſt ante omnia neceſſarium, non tam ad conciliandam ipſis vbiq; auctoritatem, ſed & ad retinendum eccleſiaſtica regulæ vigorem, quæ factæ miſſionis indubitatum teſtimonium requirit.

Deinde conuocabimus Clerum ciuitatis noſtræ Colonieſi. ad locum Viſitatoribus noſtris opportunum, vbi ipſi viſitatores poſt noſtri delegatorij mādati oſtenſionem, totius Cleri animos ad viſitationem, quam ſtatim aggredientur, præparabunt, vt ſinguli ad Viſitatorum aduentum parati ſint, ad recipiendos eos nomine noſtro, Ipſiſq; vt dei miniſtris, in eccleſiæ noſtræ cauſa omnium maxima, auſcultandum ac parendum. Poſtulant quoq; Viſitatores noſtri Cleri conſilium, quo res tanto maturius ac expeditius procedat, quanto fuerit plurimum conſilio & aſſenſu comprobata.

Quod ad collegiatas eccleſias ac monaſteria attinet, Viſitatores noſtri, nullis ex ciuili magiſtratu opus habent, qui ipſis adſint, ſed in parochijs, hoſpitalibus, ſcholis ac bibliothecis viſitandis, cū ibi magna ex parte res populi ac plebis tractanda veniat, proindeq; populis, multa reformatione egens, hic potiffimū aduocandus ſit. Videbimur operæ pretiū facturi, ſi ex Senatu ciuitatis noſtræ quosdā bene Chriſtianos & integros viros, deligi ac Viſitatoribus adiungi curemus. Qui viſitationi aderunt, non oſtendendæ virtutis aut poteſtatis cauſa, ſed tantum ad confirmandā fidē & ad multitudinē populi, attractā interdū prauis inſtitutionibus, ac diſſidentē compescendā, ne officio viſitationis per improbos illudatur.

Proinde vt eandem ob cauſam intra ditionem illuſtris ducis Clieſi. vnus aut alter ducalis Conſiliarius, vir pari fidei ac morum integritate, auctoritateq; pollēs, Viſitatoribus noſtris nō aliter tñ q̄ prædiximus, adiungat, vt referre admodū putamus, ita vt fiat curæ nobis erit.

Præterea ſub viſitationē edictū publicū, q̄ late ſe noſtræ diocēſis dītio porrigit, proponemus. Et vt in eandē ſententiā per ducē Clieſi. intra pomeria ſuarū ditionū publicetur, curabimus. Quo ſubiectis omnibus, vt aduenturos Viſitatores ob functionem dei quā gerūt

reuerenter recipiant vt omnes malæ voluntatis præsumptores forsan repositos (qui uisitationis progressum ausi fuerint, aut verbis, aut facto impedire, seu incessere) cõprimãt, vt deniq; Visitatores ingrediẽtes, egrediẽtesq; secure deducãt, omnẽ iniuriam propulsuri. Idq; sub grauissimarum pœnarum non tantum ecclesiasticarum, sed & etiam ciuiliũ incurũ, vt factiosi ea quam metuunt magis pœna comprimantur.

Deniq; Visitatores priusquã ab vno ad aliũ locum progrediãtur, aliquot ante diebus suum aduẽtum Clero & plebi eius loci significabũt, maxime vero vbi ad Archipresbyterales sedes eundum est, Archipresbyteris aduẽtus denuntiãndus mature est, quo ipsi Parochos sub sua sede cõstitutos ad diem præstitutum commode euocare possint.

E runtq; omnes admonẽdi quo se ad Visitatorũ aduẽtum expeditos ad rem, quæ pro manibus est agẽda, reddãt. Vbi autẽ ad Parochias ibitur, sub aduẽtum, vt qui volẽt Sacram Cõfirmatiõis recipere, ad illud se præparẽt, vt qui grauata consciã remediu adhiberi velint, aut consilio opus habeãt in re quacũq; perplexa, consciã trãquillitatem perturbante, ij vt die designanda cum bona fiducia adueniant, seq; audacter Visitatoribus præsentent. Deniq; hortantur populum, vt mane eius diei quo ipse populus visitandus est, ab omni seruili opere cessetur, quo omnes ad Ecclesiam accedant ad capiendum cibum, qui non perit, hoc est, ad percipiendum ea, quæ ad suarum animarum salutem pertinebunt.

Vbi ad locum ventũ erit. In ecclesijs Collegiatis, ac Monasterijs cõuocabũtur omnes, ad domum Capitularem. In Parochijs vero Parochus & Clerici ad Sacristiam, si tamẽ ad cõueniendum ea domus idonea fuerit, populus vero in medio templi, interrogandus, audiendus & instruendus est, in eum qui sequitur modum.

Quonia Visitatores Christi legatiõẽ fungũtur nõ quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quæsi turi, ac cũ Paulo dicturi. Non em̃ quærimus quæ vestra sunt, sed vos, Dignum iudicamus vt initio ipsius g̃ra & misericordia imploret, cuius opus gerit, sine quo alioqui nihil facere poterimus. Quãmobrem principio, missæ sacrũ, pro ratiõẽ loci, aut decãtetur aut legatur. Idq; deuote magis quãm externo apparatu, quo populus tãtum ad pietatem accẽdatur.

Secũdo: Cum Visitatoris officiu sit instare prædicatiõĩ, exhortationi & doctrinẽ, vt referat structũ qui nõ perit, post finitũ sacrũ per Vicariũ nostrũ in põtificalibus, aut si is defuisset, per aliũ ex Visitatoribus sermo cõmonitoriũ habeat, ex ipsissimis sacris literis, syncerissimẽ, ommissis tropis ac allegorijs, p̃sertim nõ admodũ aptis, depromptus, rei, personis ac locis accõmodus. Qui ad populũ habẽdus, cautissima circũspectiõẽ moderãdus est, secũdum ouium palatum, hoc est animorũ adfectus, opiniões, & vitia, quæ licebit statim post aduẽtũ à Parocho, aut Archipresbytero expiscari, vbi populus à cõtatione dãnata doctrinã, adhuc integer est, tm̃ corruptis moribus inquinatus, ibi cõsultius in recẽfendis præceptis dñicis, coarguẽdis (in spiritu tamẽ lenitatis) peccatis, p̃sertim ijs qbus populus ille potissimũ seruit, incitatiõẽ, ad pœniã, & breui explicatiõẽ fidei Catholicę, cũ decẽti cohortatiõẽ, vt in synceritate fidei, doctrina Chri & Ecclesiæ, ac obseruatiõẽ præceptorũ dei perseueret. Et in primis, vt suis, tam Ecclesiasticis, q̃ Ciuilibus Præpositis, Rectoribus & Potestatibus debitũ honorẽ & obediẽtiã præstet. Vbi vero Visitatores cõpererint parochiã aliqua hęresum cõtatione infectã, ibi primas partes fidei nostræ explicatiõẽ obtinebit. Vbi vero ad eos articulos ventum erit, à quibus videbitur praua corruptione discessum (Nam quotquot sunt hęreses vnico Ap̃loꝝ simbolo retundit) vbi diutius immorãdum est, & quid ille articulus credẽdum proponat diligenter explicandum, & tum quasi per occasionẽ & obiter, hęresis suborta per paucos scripturæ locos, nõ remotius petitos, q̃ nulla detorta interpretatiõẽ eludi possint retũdenda, astruẽda veritas est, & coarguendus error. Deniq; p̃plus p̃ cõcordem ecclesiæ diffinitionẽ, quæ ex aliquo Oecumenico Cõcilio petẽda est cõfirmãdus. Deinde coarguenda scelera sunt, & via mãdatoꝝ dei indicãda. Et hic præcipue ille locus erudita pietate ac docta breuitate tractãdus. Nempe idcirco à deo per sp̃m sanctũ fidem nobis donari, vt per fidem mãdata diuina adimplere possimus. Atq; adeo necessariũ esse vt fidẽ charitatis opera comitent, vt præter hæc fides nõ viuã, sed mortua dicat, factaq; cohortatiõẽ ad pœniã & fructus pœniæ dignos, sermo ea cohortatione qua prior, finiendus est.

Postremo ad deum publice porrigenda oratio est, & commoneñdus Clerus ac populus vt idẽ apud deum oret, in hanc vel similem sententiam,

FORMVLA VISITATIONIS

Omnipotens sempiternus deus qui & si corda nostri omnium, ad exemplum tamē nostrum descendere ac videre voluisti, an populus sceleratus clamorē qui ad te puenat opere cōpleuisset. Qui filiū tuū vnigenitū in terras ad requirendū & seruandū, qđ perierat, misisti. Et per eūdem, omnes qui gregis pascēdi curā susceperūt, & ope & verbo vt idem sedulo agerēt admoneri fecisti. Te suppliciter exoramus vt nobis indignis famulis tuis pro tua ineffabili pietate grām diuini luminis tui clemēter infundas, labia aperias, linguā dirigas, omnesq; actus & cunctas opatiōes nras tua virtute istruas, & cōfirmes, vt visitatiōis munere ad qđ in noīe tuo accincti sumus, spū tuo cooperante, & beata Maria virgine genitrice filij tui, ac om̄ibus sanctis tuis intercedentibus, ad Catholicæ fidei robur & exaltationem, charitatis augmentū, ac profectū hæresum ac vitioꝝ eradicationem tui Cleri, & populi repurgationem & salutem, ecclesiæ trāquillitatem & cōseruationē, ac demū ad tui solius noīs laudem & gloriā sempiternā, recte perfungi valeamus, per eūdem dñm nostrū Iesum Christū filiū tuum, qui tecum viuūt & regnat in vnitate eiufdem spūs sancti deus, per om̄ia secula seculorum, Amen.

Post hæc ad peculiare visitatiōis actus progrediendū est. Idq; certo quodā ordine. Et quāq; in hoc variēt, nedū q; de visitatiōe scripserūt, sed & n̄ q; r̄ū cōsilijs in hac re vsi sumus, q;busdā existimātib; . Ab inquisitione vitioꝝ ordiendū. Deinde p̄eniam pp̄lo indicendā. Postremo faciendam reformationem, & dandam populo benedictionem. Quibusdā vero sententijs exteriorē temporum ac aliorum suorum locorum faciem contemplandam ac repurgandam, ac deinde ad reliqua ex ordine transeundum.

Quāq; aut vterq; ordo Christianissimus & à Canonicis scripturis ac regulis minime dissentiens sit, tamen pro ratione temporum & morum præsentium, ita nobis agendum videtur.

Primū vt singulis hoīm ordinibus, sigillatim ac gradatim Canones Cōcilij nri p̄uincialis, quēadmodū illi quēq; sc̄m suæ vocatiōis cōditionē respiciūt, diligēter ac diserte relegant, ac vbi opus erit dilucidius exponant, vtq; deinde diligēs fiat inquisitio, num q;libet ad eorūdem Canonū regulā professionē & vitā suā hactenus instituerit, & instituere pergat. Nā statim ab inquisitiōe criminū incipere, tale nobis vidēt vt videant multi hinc auertēdi. Nec id nouę reformatiōis cōscribēdę grā vt fiat, necessariū putamus, cū iā cōpertū sit in oībus ijs esse p̄ctm̄, de quibus consiliū nostrū prospicere opus putauit. Adde q; hic agēdi modus scripturis atq; adeo instituto Christi ac SS. Ap̄loꝝ admodū cōsentaneus nobis adparet. Nā siue veteris testamenti Reformatores (quales post discessionē Israel ab Iuda vsq; in tēpus captiuitatis Babylonicę Iosaphat, Ezechias, & Iosias, post captiuitatē vero Iesus Zorobabel, Esdras & Nehemias fuere, siue Ch̄m & Ap̄los eius spectemus, semp̄ hic ordo seruatus cōperiet, vt à doctrina, vel veteris, vel nouę legis inciperet. Sic em̄. 2. Paral. cap. 17. legimus. Tertio aut anno regni sui Iosaphat misit de principibus suis Benail & Abdiam & Zachariā & Nathanael & Michæā, vt docerēt in Ciuitatibus Iuda, & cū eis Leuitas & sacerdotes, docebantq; populū in Iuda, habētes librū legis dñi, & circumibāt cunctas vrbes Iuda atq; erudiebant populū. Breuiter vbiq; fere reperias librū legis principio lectū, post librum lectum ad inquisitionem processum, & factā secūdam legem separationē. quemadmodū. 2. Esdrę ca. vltimo videre est. Neq; id absq; magna ratione. Lex est em̄ quę ostendit p̄ctm̄, sicut Paulus ait per legem cognitio peccati. Adeo vt frustra de peccatis inquirat, nisi per legem arguant, qui est gladius biceps pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Itidē Chrus cū circuiret om̄es Ciuitates & Castella, primū docuit in synagogis eorū prædicans Euangeliū regni, deinde curauit oēm languorē. Et vt cætera fileamus, Actū. 16. legimus: Cum p̄transirent Paulus, Syllas & Timotheus (diuini illi Visitatores) Ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quę erant decreta ab Ap̄lis & senioribus qui erant Hierosolymis.

Quamobrē Visitatores q; nri primū tradent Decreta synodi nostri p̄uincialis, quę nihil aliud quàm legem domini & dogmata Apostolica continent, hoc enim agentes, & auctoritatem sibi conciliabunt, & ab omni suspitione longe erunt alieni qui nihil proponent, vel exigēt quàm quod est synodica sentētia per patres vnanimiter conclusum.

Quo factō Visitatores auctoritate dei iubebūt, vt singuli de seipsis, totoq; eius ecclesiæ quę visitat̄ statu, interrogati syncere de positis oībus humanis affectibus, amore, odio, spe, seu timore, sola veritate innixi euidenter quę corrigēda videbunt, referāt. Nulli tñ crimē imponant, qđ probari nō possit, ne eiufdē criminis reatu ac p̄na, cuius proximū falso deferre cōuicti fuerint, se inuoluāt. Atq; subinde inq;rendū. Num sciāt aut credāt aliqd in ea quę visitat̄ Ecclesiæ reformationis vel correctiōis tam in capite, q̄ in membris indigere.

ET quo hæc inquisitio omni contentionis dedecore vacet, per Visitatores, non solū ex Clero (cū de eius vita & doctrina) sed & ex populo (cū de ipsius fide & conuersatione inquireret) quidam qui ad veritatem dicendam magis apti videbunt deligendi, ac figillatim & secreto super singulis articulis, ac alijs de quibus operæpretium videbitur in modum qui infra sequitur, interrogandi sunt.

ATq; hic itez nobis talis agendi ordo cōuenientissimus apparet, vt secuti præceptū domini, primum de his inquisitionem instituamus.

Primo, quæ nam ad repurgationem animorū facere videbuntur, Mundemusq; prius quod intus est calicis & paropfidis vt fiat, & id quod deforis est mundum. Nam ipsi homines Christiani in vnitate fidei per vinculum charitatis congregati, reuera sunt ecclesia visitanda. Et templum illud quod peculiariter spiritui sancto dedicatum esse debet.

2 Deinde vt de exterioribus ritibus, alijs rebus, vel ad conseruandam, vel ad dissipandam tranquillitatem facientibus quærat.

3 Deniq; vt & domum dei, hoc est, templorum ac aliarum sanctarum ædium exterioriorem quoq; faciem contemplemur. Illa enim oportet facere, hoc vero non omittere.

GENERALE.

Vbi reperientur beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, Electores, patroni laici, & Archidiaconi, ijs generatim prælegant, & inculcent. 1. 2. 3. 4. & 5. articuli sub titulo, de impositione manuum. Speciatim autem collatoribus, artic. 6. Electoribus, 7. 8. & 9. Patronis, 11. 14. & 15. Archidiaconis, 12. & 13. Super quo tamen necesse erit cum ipsis latius agere & inquirere, emendareq; vitiosa, quoad fieri potest. Sin Archidiaconi resistant ad nos referre. Præterea ipsis proponet artic. 26. sub titulo. De Metrop. Cathed. & Colle. Eccl. Itidem inculcabuntur omnes articuli, sub penulti. titulo. De iurisdictione Ecclesiastica contenti. Similiter. 18. cum cæteris articulis sequentibus, sub titulo. De visitatione ac Synodis Episcopalibus, Archidiaconalibusq; comprehensi.

ALIVD.

Quoniam ad visitationis executionem duo requirant, Instructio scilicet & Coertio Doctrina & virga disciplinæ, quæ pari gradu incidere oporteat. Quia tñ hæc visitatio nostra, noua & rara est, ppriusq; tam delicatas habet aures, vt omnis seueræ increpationis, priusq; ad pœniam cordis cōuersus fuerit, sit impatiēs. Propterea hortamur Visitatores nostros, vt Paulinā sniam, & exemplū potissimū spectēt, nempe, vt sint patientes ad omnes, cōsolentur pusillanimes, suscipiant infirmos. Post, non omittāt corripere etiā inquietos. Expedientius em̄ est, vt Visitatores nostri nūc oīm primū, potius videant in charitate & spiritu mansuetudinis ac lenitatis, q̄ in virga venisse. Quare præcipua eorū cura erit, vt contristent quidem eos ad quos mittunt, sed scdm̄ deū ad pœnitentiam & salutem. Coertio tamē (vt diximus) moderata, maxime in contumaces nequaquam omittenda est, aut ad nos referendum.

DE VISITATIONE EORVM QUI NOSTRO

officio funguntur.

Vicarius noster in Pontificalibus suis ipsius Visitator erit. Respiciunt officium eius Canonones sub titulo, De impositione manuum, à .16. vsq; ad .30. Quare super singulis articulis se concernentibus cum collegis suis mature consultabit, vt omnia quæ illis continentur, ad suum effectum deducantur.

Sed interim hic duo erūt per Visitatores agenda. Primū conferet cū Scholastico ecclesie nræ vt ille suis Cōmissarijs (qs & huic rei idoneos esse volumus) Vicario nro adiūgēdos, mādātum faciat his decretis parēdi. Deinde vt diligēter vnus aut duo Theologi, q̄ his rebus vacare possint, relaturi à nobis sui laboris mercedem, quorū consciam in re tanta onerare cogemur.

Officiali nostro proponent articuli sub tit. de impositione manuum, à .30. cū sequent. vsq; ad articulū .35. Deinde oēs q̄ sunt sub titulo. De iurisdictione Eccl. contenti, Admoneaturq; vt eosdē articulos tā ipse seruet, q̄ per alios sibi subiectos obseruari faciat. Præterea aduocabūtur Fiscales, qm̄ sunt aliquot articuli, qui illoꝝ officium peculiariter concernunt. Dehortandi ab omni auaritia, ac cohortandi, vt vigilantissime prospiciant, ne alicubi à nostris decretis praua præuaricatione discedat. Quibus si quid deerit, nos supplebimus, de quo ad nos referatur. Deinde interrogabit Officialis, an reformationi iurisdictionis ecclesiasticæ, per nos promulgatæ, per omnia pareat. Admoneaturq; vt si alicubi cessetur, id suppleatur.

FORMVLA VISITATIONIS

Vicarijs nostris in spiritualibus proponendus est articulus .35. sub titulo: De impositione manuum. Et diligenter commonendi, vt in omni permutatione beneficiorum, De statu, & qualitate personarum, de conditione beneficiorum permutandorum, & quis adfectus compermutantes moueat ad permutandum, & quæ conditiones intercesserunt, an sit permutatio reuera fucus, an vera permutatio, an velint in compermutandis beneficijs residere, aut illis p alios saltem satisfacere, an potius pecunia principaliter quærat, vel iam data, aut per extinctionem danda, atq; adeo, an quæ sit tñ aut luxus causa permutatio fiat, inquirant. Idq; anteq̃ recipiãt iuramentũ. Alioqui rei essent criminis, in quod consentiẽdo saltẽ facientibus incurrẽt.

Cvm extra quadragesimam & aduentum domini Vicarius noster in Pontificalibus, paucis diebus concionetur. Nos vero ex animo cupiamus perpetuum verbi concionatorem, virum doctum & integrum, tam necessario muneri, in ecclesia nostra Metropolitana præficere. Idcirco Visitatores, post maturam mutuo habitam deliberationem, ad nos referent. Quo pacto per vnionem, aut suppressionem alicuius beneficij ecclesiastici, cuius redditus talem virum alere possint voto nostro satisfieri queat. Quod non tam pium, quàm necessarium putamus. Nam hic futurus erit dux gregis, quo instructe ac arguente, Clerus ac populus tandem sanctis decretis assuescent.

DE VISITATIONE ECCLESIARVM COL legiatarum tam extra q̃ intra Coloniam constitutarum, quæ ad instar eius, quam nos in Metropolitana nostra cepimus, peragetur.



Ost missæ sacrum, Concionemq; in domo capitulari habendam, atq; alia solennia per Visitatores, omnes articuli, sub titulis. De officio priuato ac publico Clericorum. Item sub titulo, de Metropolitanis, cathedralibus & collegiatis ecclesijs, & in his ministrantibus. Primum toti collegio integre ac diserte prælegentur. Deinde viris illis integris ex collegio, vt prædictum est ad inquisitionem faciendam delegendis Summaria tantum articulorum distincte repetentur. Sic tamẽ vt articuli illi qui tantum Ecclesias intra Coloniam constitutas concernunt, extra Coloniam omittantur. Fiatq; diligens ad singulos articulos (quæ factum respiciunt) inuestigatio. Qua nam in parte aduersus vnum vel alterum peccetur, atq; ibi apponenda manus, vbi lapsus commotus fuerit.

Referatur ad nos de correctione Breuiariorum & Missalium.

Item contendant Visitatores inspicere statuta Ecclesiarum, & quæ minus iusta, ac sancta erunt, refecare. Quod si capitula reclamauerint, vel in toto, vel ex parte, ad nos referetur. Præterea, contendant modum imponere annis carentiæ, vbi reclamatum fuerit, ad nos referent reclamationis causas.

De obseruatione Capitulorũ, iuxta articulos diligenter inquirent, maxime vero, num sine in capitulis dissidia & contentiones. Num prælati omniũ vota audiant. Num fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu quorundam priuatorum res gerant, & an expectet omniũ sententia, aut etiam contemnatur, quantumuis causa ecclesiæ vtilitatem respiciat.

Item an foundationibus pñs quarum prætextu quotidianæ distributiones percipiuntur, satisfiat. Et hæ foundationes exhiberi debent, & per nostros Visitatores inspicere, vt sicubi negligentia suppletionem opus fuerit, suppleatur.

DE DECANIS.

An te omnia Visitatores se de conditione & moribus Decanorum certiores reddi curabunt. Nam hi si cæci fuerint, consequitur, vt grex quibus ducatum præstant in præcipitium cum ipsis ruant. Quare inquirant potissimum, an bonum exemplum frequentando Ecclesiam, & bene viuendo cæteris præbeant. An Ecclesiæ laudabilia statuta faciant obseruari. An ea quæ inordinate & vitiose sunt, feruenter reprehendant. An citra personarum acceptionem excessus puniant. An negligentes in monendo Ecclesiæ personas, tam quod ad diuinum officium, quàm quod ad vitam & mores attinet, sint.

His Visitatores summo serio demandabunt, vt quàm diligentissime respiciant, quo decretis Concilij in omnijs & per omnia pareatur, vtq; cum necesse erit, & consilium & auxilium capituli aduocent. Quod si ipsos audire noluerint, vt tum ad nos referant.

Quod si inter visitandum commissarii nostri inquietos quosdā & rebelles Decanis ac Prælati repererint, hos castigabunt & ad obedientiam reducent. Si reduci nolint, eos nostro nomine ab officio & beneficio suspendent, donec nobis suspensionis relaxationē obtinere mereantur, Decani (quibus cura animarū commissa est) interrogandi, cui administrationē sacramentorum commiserint. Ab alijs quoq; inquirendum, quemadmodum ille officio suo satisfaciat, imò exhibenda persona est. Quæ respicere poterit, quid correctionē egeat, tam quod clericum, quàm quod ad familiam attinet, non discutiendo personas.

DE PRAEPOSITIS.

Nec interim prætereundi erunt Præpositi (quod ad dignitatis gradum attinet Decanis ex more prælati) Nam ubiq; fere hi dissolutionem vitam gerunt, ignorantes aut dissimulantes ad quod munus sint vocati, cuius admonebuntur.

Nam ut de ecclesiæ redditibus luxurietur, non sunt instituti, sed ut ecclesiam suo sumptu ac opera defendant. Et ut excuset eos coram hominibus, mos aliquis non satis legitimus à frequentanda ecclesia, præsertim, cum per ecclesiæ negotia minime retrahuntur, admodum nendi tñ sunt, ut cogitent suam desidiam non ita comprobari deo, sed iustum esse, ut officium gerant, propter quod datur beneficium, utq; dei milites, non seculi se esse meminerint.

Inspicienda eorum iuramenta. Inspiciendæ separationes, & num illis pareatur.

Ad habitum quoque & tonsuram clericales reuocandi.

DE SCHOLASTICIS.

Quærendum de Schola: Qualis nam illa habeatur. Qui sint magistri puerorum, An eruditi satis, an ab omni insynceræ doctrinæ suspitione longe alieni.

An fieri possit ut iuniores Canonici, qui rudimenta non satis callent ad scholas hæcce relegari possint, videndum, seu saltem ut lectiones aliquot priuatæ per illos instituerentur, quas semotis pueris horis quibusdam delectis audirent.

Quod ad Scholasticum maioris ecclesiæ attinet, nos volebimus. Quanquàm de scholæ theologicæ statu ad nos referri velimus.

DE MAGISTRO FABRICAE.

Quærendum ut sit fabricæ prouisum.

Si minus prouisum sit ex communibus redditibus per præbendam (ut vocant) currentem prouideatur, ut facta tecta teneantur.

DE CVSTODE.

An Custos (quem alibi Thesaurarium, alibi sacristam appellant) vasa atque alia Ecclesiæ ornamenta diligenter faciat conseruari. Et de ablutione palliarum, quemadmodum habet articulus vltimus, de Metrop. & Cathe. ac Collegi. eccles. ac infra latius dicemus.

DE CANONICIS,

Satis superq; in Concilio prouisum est, de ipsorum vita & conuersatione.

DE VICARIIS.

Similiter, cogendi illi interim sunt, ut fundatiōes suarum vicariarum exhibeant. Quibus relectis, ubi in officio cessare comperti fuerint, adigendi, ut illi satisfaciant.

DE RELIQUIS MINISTRIS. QVOS

Campanarios ac virgiferos vocamus.

FORMVLA VISITATIONIS

Hipost hæc suo officio personaliter perfungentur, nisi vel ætate, vel morbo impediatur, aut idoneos delegent arbitrio Decani & Capituli admittendos, aut reiiciendos.

De Collegijs Canonissarum Secularium.

Collegia Canonissarum, quæ seculares vocari delectantur, ad instar Collegiorum quæ virorum sunt, suos ritus habent. Proinde multa sub præcedenti titulo, quæ ibidem, quemadmodum in virorum Collegijs ad censuram Concilij reuocanda sunt.

Maxime autem videndum, vt vita illa licentiosa sub Canonum regulas trahatur. Quod fiet si in spiritu lenitatis ex scripturis, sui officij, imo saltem vitæ Christianæ admoneantur. Nam nisi per verbum ad pietatem trahantur, minæ hic proderunt parum.

DE MONASTERIORVM VISITATIONE.

Peractis Missa ac Contioñ. qua ad Christianam & mutuam charitatẽ, mundi contempum & votorum suorum obseruationem, ad pacem denique & tranquillitatem commouebuntur, in domo capitulari habenda per Visitatores. In primis abbatibus ac alijs Monasteriorum prælatis seorsum paulisper receptis, Duodecim priores articuli sub titulo de vita & conuersatione monastica recensentur diligentiq; cohortatione illi monendi sunt, vt hisce decretis tam in nouiter recipiendis monachis ac velandis monialibus quàm in reliquis omnibus sese attemperent, pecuniam pro receptione ne extorqueant, vtq; in ijs ad quæ ipsi corrigenda non suffecerint, implorent nostram autoritatem.

Vbi Visitatores nostri, Abbates ipsos repugnantes repererint, ad nos distincte referant.

ET præsertim nostro nomine in eo erunt, vt sumptuosi illi præpositi abrogentur. Quod si in ipsorum potestate non fuerit, saltem ad nos referent post visitationem, quid facti opus sit.

Vbi hæc cum prælatis acta fuerint, Regula ordinis, simul cum formula visitationis. si habeatur, petenda est atq; relegenda, sic tamen vt instruantur regulam & doctrinam Christi solam esse quæ ducit ad vitam, regulas vero monasticas expeditiorem tantum semitam indicare, qua facilius viam domini inambulare pergamus. Confidente iterum toto conueto, cum prælatis præmittenda est illa generalis adiuratio de non occultanda, sed sincere dicenda veritate. Deinde semotis arbitris.

Interrogetur Abbas, aut eius loco moderator Conuentus.

Qvando proxime visitatio obseruata sit, & an diligenter, Regulam, ac Monasterij statuta obseruari procuret, an pax inter fratres, conuersos deuotos ac familiares effloreat. Dissidij si quid fortasse fuerit, origo perquiratur & emendetur.

Interrogetur Prior.

De obseruatione diuini officij. De obedientia, paupertate, continentia, silentio. Communi mensa, Mutua reuerentia, Mutuo colloquio, Hospitum accessu.

Interrogentur fratres sigillatim.

- 1 De vita & conuersatione Prælatorum.
- 2 An visitatio proxima rite obseruata sit.
- 3 An Prælati quæ ad obseruationem religionis & ordinis pertinent, diligenter psequantur.
- 4 An vitia fideliter corrigant citra acceptionem personarum.
- 5 An honeste cum laicis conuersentur.
- 6 An bonum exemplum suis subditis præbeant.
- 7 An in obseruandis, ordinis regula, ac statutis sint seruentes.
- 8 An defides sint, An eadem ad Christianam pietatem moderentur.

- 9 An fratres ad studia sacrarum literarum sedulo inuitent.
- 10 An pacē, tranquillitatē & concordia inter oēs sibi subiectos seruent ac nutriant.
- 11 Item de clausura & ingressu monasteriorum.
- 12 De victu quotidiano.
- 13 Deinde, an Conuentus certū numerum habeat, an illi suppetat victus.
- 14 Deinde de officijs ad officia transeundū est. Et videndū, an q̄ illis p̄fecti sunt, veluti Camerarij, Sacristæ, Cellarij, procuratores, & id genus alij, suis singuli officijs gnauiter incūbant.
- 15 De moribus, habitu & cōditionibus fratrum conuersorū diligenter quoq; quærendum est.
- 16 Post inquisitionē, si qui notati fuerint, illi euocentur, Qui si errata sponte confessi fuerint, ad disciplinā Abbatis, iuxta regulæ formā remittendi sunt, sic tamē, vt Abbati mandetur, ne Christianæ lenitatis modum excedat, q̄ habita ratione personæ, censuram potius mitigari quā exasperari conuenit in haud præfractis.
- 17 Quod si neget delictum infamatus, adhibeantur testes, admonitis prius omnibus, ne fraudi sit testibus veritatem dixisse.

¶ Legantur deinde articuli. 14. 15. 16. 17. sub titulo, de vita & cōuersationē, monastica.

¶ Postremo declarata vitæ monasticæ prima institutiō, adhortent oēs, vt viā quā amplexi sint, ad vitam æternā expeditiorē in charitate, de conscientia bona & fide non ficta inambulēt, & pro ecclesia dei sedulo orent, cuius elemosynis sustentantur.

¶ Item, cum fratribus medicantibus eadē via incedendū est, Ipsis tñ peculiariter articuli, à sexto vsq; ad, xv. sub titulo, Qui admittendi, legendi & persuadendi sunt.

De visitatione Monialium.

Quæ est forma monasteria viroꝝ visitandi, eadē recte obseruat in visitatione monialium, nisi q̄ hic interim quædam addi possint.

Præsertim vt quærat, Quibus affectibus & qua forma ad electionē Abbatissarū ac aliarū quibus monasteriorū moderatio cōmissa est, procedat, An in eligēdo seruetur regula, cessetq; oīs impressio ac corruptio. ¶ Admoneant, ne nō professas virgunculas, quæ nondū de voluntate sua statuere possunt ad professionē mellitis verbis alliciant.

¶ Prohibendū oīs suspectus ingressus & egressus. Omnis suspecta cōuersatio prohibēda, Et priuata diuerticula penitus tollēda. ¶ De exercitationibus & operibus extraordinarijs quærendum est. Et in primis dehortandū omne otii. Deinde cohortādæ potissimū, vt assidua sint in reuoluēdis sacris scripturis & pijs opusculis, q̄ poterint ipsis facile cōparari, & cohortāda lectrix, vt omnē operā adhibeat, quo sorores suas in Chri verbo à se doctiores semp dimittat.

Quod si & corporales exercitatiōes amplecti velint, curandū vt tales sint, nec mem̄ deo dicatam euertant, atq; à Christo in mundum retrahant, qualia sunt quædā artificiola in texendis sudariolis ac camisiis quæ magis prætermissa oportuit. Nā diabolus alioqui mille artifex, iuuandus non est ad irritandum simplices conscientias, sed modis omnibus abigendus

De victu quoq; diligenter quærendum.

Et si vt interdum fieri solet fatuis superstitionibus teneantur, ille caute animis earū eximēdæ sunt, inflammādæ ad verū dei cultum & viuā charitatē. Qua sine, ea Monasteria non dei, sed eius quē prohibeat de^o, domus sunt. Ante omnia vero diligenter examinabitur is qui monialibus à confessionibus est. Qualem hunc esse oporteat declarat articulus. 8. sub titulo de vita & conuer. monast. instruendusq; est in om̄ibus ferme articulis qui parochū concernūt, præsertim qui pœnitentiæ sacramentū respiciunt. Qui si vel leuiculus vel vitæ minus inculpatæ vel inerudit^o breuiter ad mun^o cui præfectus est, inidoneus fuerit, repellatur & alius idoneus in locū suū surrogateur aut ad nos referatur.

De visitatione domorum militum Teuthonicorum S. Iohānis & Anthonitarum.

Hic multa reformationē opus est quā articulus. 13. sub titulo de vita & cōuer. monast. breuiter cōprehendit, vbi ad visitationem ventum erit cætera occurrent.

De visitatione Parochialium ecclesiarum.

Hic opus hic labor est, hic multa sollicitudo adhibenda. Ars enim artium ac scientia scientiarum cura animarum optimo iure dicitur.

Quemadmodum aduentus visitatorū prænuntiandus sit aliquot ante diebus, & cætera quæ ad conuocationē Cleri & plebis pertinent, deinde qualis habēda post missam ad populū concio supra diximus. Ad reliqua ordine infra scripto procedatur.

De visitatiōn. Cleri qui in Parochijs est.

FORMVLA VISITATIONIS.

Cum ad Parochiam acceditur, priori die ad Sacrificium Parochus cum presbyteris ac clericis eius loci conuocabuntur.

Quibus accitis & congregatis post concionem, Imprimis diligenter & exerte totus titulus de officio priuato ac publico, vitaq; ac moribus clericorum generatim prælegetur, & si cubi visum fuerit, latius explicetur. Nam hic respicit omnium clericorum ac sacerdotum vitam & conuersationem.

Postea Parocho seorsum prælegendus est titulus de parochis ac eorum vicarijs, alijsq; verbi ministris. Item titulus, Qui admittendi vsq; ad articulum sextum. Itidem titulus de vita & moribus Parochorum vice speculi, in quo suos erratus contemplentur. Deinde totus titulus de disseminatione verbi. Præterea, integer titulus de administratione sacramentorum.

Postremo, totus titulus de constitutionibus ac consuetudinibus ecclesiasticis, In his enim tribus proximis titulis Parochorum officium dilucide explicatur.

Quo facto ex ordine clericorum dabuntur aliquot viri graues.

His summaria prædictorum titulorum distincte relegentur, ac super singulis interrogentur, num omnes clerici illius parochiæ secundum eorundem articulorum normam sua studia & vitam instituerint.

Deinde, num Parochus ad eum modum viuat, verbum dei disseminet, sacramenta administret, ac ritus ecclesiasticos populo declaret ac obseruet, vti articuli ex ordine præscribunt, & præsertim an populum in priuatis confessionibus, & subinde ex suggesto symbolum fidei, orationem dominicam, salutationem angelicam, decem præcepta, & sacramenta ecclesiæ edoceat.

Examinandus quoq; super formis sacramentalibus, & ritu sacramenta ministrandi.

Item de lectione precum horariorum.

Quod si hic vel in clericorum & Parochi vita corruptio, vel in officio cessatio cõperient, solerti cura defectus suppleantur & excessus corrigantur, idq; in spiritu lenitatis, non omittenda tamen interim virga disciplinæ in publice criminolos & proteruos, qui scandalo sunt domui Israel, & propter quos blasphematur doctrina Christi, Sic vt tales è medio tollantur aut suspendantur, donec resipuerint alijs in eorum locum suffectis. Idem putamus necessariũ vbi parochi omnium literarum inexperti, & præsertim tam ignari vt summam religionis nostræ minime callere reperti fuerint, qui ad scholas remittantur.

Potissimum autem visitatores nostri interrogationibus illis, quæ. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ac. 16. articulis sub titulo de visitatione, ac synodis Episcopalibus, Archidiaconibusq; continentur insistet.

Vbi visum fuerit visitatoribus nostris & præ temporis penuria integrum, poterint semel parochum ex suggesto ad populum audire concionantem, Nam ex vna contione, satis superq; percipient, quid crepet fidelia.

In sedibus Archipresbyteralibus, Archipresbyteris, præter articulos istos oēs, qui ipsos vti parochos, imo parochorum & presbyterorum patres respiciunt, proponendi sunt articuli. 19. & ceteri sub titulo de visitatione, & synod. & c. vsq; in finem, quonia illi obseruationem synodorum ruralium respiciunt, ad quos articulos deinceps suas synodos exigent.

¶ Præterea Archipresbyteri seu Decani isti rurales scire debent se vocatos in partem sollicitudinis Episcopalis, propterea debent esse vigiles, & diligenter respicere, vt intra limites suorum Decanatum per oēs parochos, presbyteros ac clericos, secundum formam ecclesiasticam ac Concilij nostri Prouincialis doceat ac viuat. Quod si cõpererint alicuius Parochi doctrinam & verbi predicationem de hæresi aut nouatione suspectam, aut vitam probrosam, eundem ad se aduocabunt, & præcedente correptione fraterna mouebunt, vt à tali vel doctrinæ vel vitæ impuritate desistant, ac rectam viam catholicæ fidei pietatis ac charitatis inambulent. Quod si hic pernicax esse malit, præsertim quod ad impuritatem doctrinis attinet, debet hoc ipsum Decanus ruralis ad Visitatores nostros aut nos scripto referre vt apponamus securim ad radicem.

¶ Præterea simul oibus proponentur articuli. 6. 7. 8. 9. & 10. sub titulo de iurisdictione ecclesiastica contentiosa vt sciant quam poenam expectare debeant delinquentes, vtq; testamenta suorum confratrum approbari atq; exequi procurent. Vt si quis sciant testamenta suppressisse, aut minime executos fuisse, illos reuelent. Itē instruatur super votis solēnibus & non solēnibus, super impedimentis contrahendi & contracti matrimonij. Interrogandi quoq; de iure patronatus ecclesiæ quo pacto sint in ecclesia instituti sacerdotes de iure patroni quod sibi in ecclesia vendicat, De foundationibus Vicariarum aut Officiorum perpetuorum, num supprimantur, num diuinus cultus iuxta piam testamentum voluntatem peragatur.

Item quærendum de damnata illa dispensatione, quam p̄cepimus in vsu esse sacerdotibus ruralibus fornicarijs, qui sibi mutuo permittunt sacra mysteria celebrare etiam non cōfessis, donec iterum conueniant, & suam, si ita dici mereatur, absolutionem rursus mutuo impartiantur. Quem morem vti execrabilem damnamus, His inculcandū est, deum non impune irrideri. Et quod tanta mysteria celebrent & corde & manibus pollutis in iudicium & condemnationem, Quod spe veniæ peccant, id quod non procul est à peccato in spiritū sanctū. Item quod Paulus ad Ephesios ait: Hoc scitote, intelligentes q̄ omnis fornicator aut immūsus aut avarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Nolite effici participes eorū, & cætera eiusmodi, quæ tales præuaricatores ad pœnitentiam commouere possint.

Si qui reperiantur clerici aut sacerdotes qui exorcistarū officium assumunt, diligenter examinandi sunt & instruendi, vt vel desistant à superstitione, vel officium recte gerant.

De Oratorijs in parochia constitutis.

Quærat de fundatore, ad quos spectet presentatio, institutio ac cōfirmatio rectoris, cuius autoritate Oratoriū erectū sit, de cōditione rectoris, de officio cui astringit, illi secundū formam foundationis satisfaciatur, ac id genus similibus.

Diligenter quoq; prospiciendum est, vbi imagines positæ sunt, ad quas supersticiosus concurritur, vt populus doceatur, de vera ac sincera imaginū veneratione, ne superstitionis reus fiat. Quod si tantus est abusus, ad sublationem etiam citra scandalum tum procedendum erit.

De visitatione populi.

Post Missam & concionem ad modum superscriptum habendam, quum viri aliquot honestissimi delecti fuerint.

Interrogabuntur absque exactione iuramenti.

Num omnes parochiani recte instituti sint in articulis fidei, decē præceptis, oratione dominica ac cæteris prædictis populi Christiani rudimentis, Num om̄s diebus dominicis ad parochiam conueniant audituri missam parochialem & p̄dicationē Euangelij dei. Num exeant ante finitū sacrum & sermonē, quod fieri non oportuit, Num fabulentur in ecclesijs vel cœmiterijs sub sacro, An semel in anno saltem confiteantur & sacrosanctam Eucharistiam percipiant.

Interrogabuntur de vita, moribus ac conuersatione laicorum, de criminibus ac vitijs publicis quibus potissimum plebs est infecta, vt pro qualitate morbi salubris medicina adhiberi possit, idq; per salubria monita, nunc leuia, nūc aspera, iuxta datā Visitatoribus nostris à deo prudētiā.

Et præsertim rogabūtur, num quempiam in parochia hæreticum, schismaticum, aut ea de re suspectum. Item, an conuenticulas in domū aliquam, an prædiū, agrum, aut alium locum, fieri sciant, An talium receptatores, fautores, defensores ac ministros, maxime Anabaptistarū & Sacramentariorum nouerint, Num sint qui nouam religionē introducere satagant.

¶ Num sint in parochia publice criminosi, velut blasphemij, incæsti, adulteri, homicidæ, sacrilegi, coniuratores seu conspiratores, vsurarij, ebriosi, solennes ferias non seruantes, ecclesiæ laudabiles ritus, veluti ieiunia indicta, & id genus alias pias ceremonias contemnentes, decimas denegantes, seu similia crimina, quæ ecclesiastici aut mixti fori sunt committentes.

¶ Qua inquisitione facta, Visitatores facile intelligent, quæ publice concionando & priuatim admonendo, reprehendere, corrigere & reformare debent, accommodaturi sermonem, personis, rebus, tempori, & loco, dispensaturiq; sermonem, secundum captum auditorum & diligentissime expensuri, qua via correctioni rectius consulat.

FORMVLA VISITATIONIS.

Quod si quos in hæc enormia crimina sæpius relapsos compererint hos publicam pœnitentiam subire compellant. Nam hoc est vnicum remedium, quo ecclesia sordibus istis expurgabitur. Poterint isti integriores viri ex laicis delecti de moribus & vita parochi ac clericorum interrogari, p̄sertim de auaritia & luxu, & q̄ illis vitijs adhærēt, & p̄sertim an alea lusu perditu, an in tabernis desideant, an ebriosi, maledici, cōtētiosi, pugnaces ceu p̄cussores sint.

Item de officio eorum, an illo recte fungantur, an res ecclesiæ & spirituales & corporales seu exteriores recte administrant.

Tamen hic visitatores cum quid finitum de clericis ex laicorum delatione intellexerint, nō statim excandescant, sed in spiritu lenitatis clericos delatos instruant, res incognitas nemini imputantes. Nec facile credentes. Nam ipsorum credulitas probabilis erit, & ex veris signis colligenda, gaudere enim non debemus in infamia subditorum. Proindeq; Visitatores nostri non dicent ad promiscuum populum. Vt si quis aliquid de rectore aut clericis sciat, id vt dicat, cum laicorum accusatio in clericos non facile audienda sit, multominus incitanda, sed tantum vt diximus cum aliquibus delectis bonis, prudentibus, honestis & fidedignis viris, de parochia de his inquirere debent, Chartulas aut quas passim leues laici aduersus suos parochos clanculum offerre ac porrigere solent, non facile recipient.

Quod si offerant inquiret an delatus de eiusmodi crimine publice diffamatus sit. Quod si delator affirmare non auit imponant ipsi silentiū. Sin affirmat, q̄rat vnde nā id sciat. Quod si dicat se audiuisse, quærant à quibus & quot, propter enim dicta paucorum non debet quisquam infamatus reputari. Quærant etiam à quibus audiuit. Num à maleuolis, maledicis, aut vilibus, Nam eo casu ad inquisitionem procedant. Quod si clericum infamatum de crimine reperiant, accito illo narrabunt, quid de ipso fama prædicet, & acri modestia obiurgabunt eum, tamen se ipsi in præsentiarum parcituros, nec se canonicæ disciplinæ seueritate erga eum vsuros, tantum videat ne posthac talia committat, quibus in eandem suspicionem veniat. In correptione enim sicut sæpe diximus potissimum adhibenda est benignitas. Quod si infamia tanta fuerit, vt merito ob enormitatem criminis inquirendum videatur. Tum id visitatoribus nostris etiam solenniter fieri licebit. Præmittent tamen præfatiunculam quandam, qua officij sibi commissi necessitatem declarabunt, in hunc vel similem modum. Deus omnipotēs qui est scrutator cordium & renum, & ante cuius oculos omnia aperta ac nuda sunt, vt nos à precipitandæ sententiæ prolatione cōpesceret, non antea voluit contra Gomorrhæos sententiā damnationis, ferre q̄ cognosceret de his quæ publicitus per illos scelestissime committebantur. Vnde (ait) descēdam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Quod Christus in parabola de villico confirmat. Is enim licet esset diffamatus apud dominum quasi dissipasset bona illius, tamen non est damnatus inauditus, sed accersito eo, dominus dixit: Quid audio de te? redde rationem villicationis tuæ? Hæc dei & Christi monita, insequentes, licet pleraq; à pluribus fide dignis & idoneis personis de te mala referantur, quæ etsi virgente conscientia & officij commissi necessitate, non poterimus nec debemus dissimulare. Ea tamē vera eē cum hæctenus nobis comprobatum non fuerit, & proinde necdum nos ad te condemnandū permouerint aduersus te canonicè inquiremus

Ac tum articulis confectis super diffamatione criminum solenniter inquirent, in qua solenni inquisitione licebit Visitatoribus cum oportunum esse viderint exigere iuramentū de respondenda veritate.

Posthæc de victu & sustentatione Parochorum diligenter inquiretur, Idq; secundum decreta sub titulo de victu Parochorum posita.

Maxime autem videbunt Visitatores, num expediat vt vel duæ ecclesiæ Parochiales vniantur, aut vicarij seu officia aliqua ecclesiæ Parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pacto ille sint Parochialibus ecclesiis detractæ. Quod si iniuste factum comperietur, studeant modis omnibus vt ecclesiæ in pristinum statum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi Parochiæ sunt incorporate vel Collegijs vel Monasterijs. Si compererint portionem vicario perpetuo relictam nimis exilem esse, eandem ex collegij vel monasterij redditibus augebunt ac tantum assignabunt, vt Rector iura Episcopalia soluere & congruā sustentationem habere possit, aut ad nos referant.

Item à prouisoribus ecclesiæ inquirent, an ecclesiæ redditus iuxta foundationem ac alias debite

DIOECESIS COLONIEN.

bite dispensent. Num damnus fiat in diuini cultus rectoris ac aliorum ministrorum præiudicium ac detrimentum, ac in fraudem piarum voluntatum.

Itē de solutione decimæ, de oblationibus ac cæteris interrogandi quæ videbuntur opportuna.

Et in primis inculcandus articulus vltimus sub titulo de victu Parochorum, & ad oblationem alias faciendas ex scripturis (quæ victum pastori suppeditari iubent) cohortandi sunt.

Articulus quoque postremus sub titulo de cõstitutionibus & cõsuetudinibus ecclesiasticis, qui de fraternitatibus est, cõmemorabitur, & fraternitates ad normam illius articuli post hac exigentur.

De visitatione hospitalium.

Magistris Hospitalium omnes articuli sub titulo de hospitalibus diligenter proponentur declarabunturque cum seruenti admonitione, vt post hac illis obsequantur.

Quærat, qui sint patroni, qui prouisores hospitalis, an hospitalarius ibi à patronis institutus sit, à quo, & an ab Ecclesiastico prælato confirmatus, an res & bona hospitalis incuria hospitalarii deteriores reddantur aut intereant. An luxu ipsius aut alias minus recte dilapidentur, distrahantur, subtrahanturque. An infirmis quod ipsis ex institutione hospitalis, debetur, præsit.

De lectis fulcimentis ac alijs huc pertinentibus etiã perquiretur. An magister hospitalis erga infirmos ac debiles mitis sit ac misericors, an potius durus ac seuerus.

De Ecclesiastico rectore hospitalis diligenter quærendum, quis ille sit, an rite præsit, docedo & sacramenta ægenis ministrando.

Speciatim quoque de prouisione hospitalium quæ ad ecclesias Collegiatas pertinent videndum, quomodo pauperes procurentur, à quibus instituantur, Qui sint prouisores, an reddatur calculus, & cur.

De visitatione templorum & aliarum sacrarum ædium, quod ad exteriorem faciem attinet.

In primis locus vbi venerabile sacramentum corporis & sanguinis dominici, ac sacre Christima conseruatur ac reponitur inspiciendus est, qui debet esse nitidus, purus, ornatus & obseruatus, an sacramenta illa suis debitis temporibus renouentur. Quærendum, an lumē ante hunc locum perpetuo ardeat, quod secundum Canones fieri oportet ad designandum, quod ibi corpus eius reconditum sit, qui est candor lucis æternæ.

Deinde Baptisterium inuisendum, in quo regenerantur infantes an mundum & clausum relineatur. Nec est prætermittendus reliquiarum locus. Altaria insuper & Capellas inspiciat, & per totam ecclesiam seu templum oculis discurrat, visurus num omnia munda & nitida seruentur.

Deinde iuxta Articulum vltimum sub titulo de metrop. Cathedral. & colleg. ecclesijs videndum est de ablutione corporalium, aliarumque palliarum.

Et in primis de Sacrista seu Custode. Inquirendum est. Num officio suo recte præsit, num redditus illi qui huic officio deputati sunt ad reformationem ornamentorum, aut pecunia illa quæ à nouitijs Canonicis pro ornamentis exigitur recte & utiliter expendatur, An singulis annis legalis calculus & computus fiat, An habeat inuentarum de omnibus capsulis ac thecis reliquiarum ac alijs ornamentis receptis, An paratus sit inuentarium tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Visitatores faciant ad se adferri ornamenta, eademque explicari quo negligentia ministrorum deprehendatur, inspicienda Missalia, Gradualia, Antiphonalia, ac cæteri libri ex quibus succinitur, num integri seruentur.

Quærendum an res & bona ecclesie indebite alienentur an hypothecentur, an ad tempus, aut perpetuo locentur, & quorum consensu id fiat, an dilapidentur seu dissipentur, an mobilia distrahantur.

Postremo eundem est ad ædes seu domos viroꝝ Ecclesiasticorum. Et curandum vt domus ruinam minantes erigantur, vt quæ prolabuntur in statum deteriore, restaurentur ac reformentur. Quod in primis vt fiat in domibus parochialibus, quas dotales dicimus, curandum est.

Videndum etiam vt suppellex ad perpetuum usum Parochi, seu alterius ecclesie ministri, destinata, salua substantia manente vsui seruiat presentis Rectoris & Successori tradatur eadem lege custodienda.

Vtile fore putamus, vt in singulis ecclesijs duo libri conficiantur sigillandi, aut per notarium signandi. In quorum altero scribantur. In primis bona immobilia ipsius ecclesie, per vocabula,

FORMVLA VISITATIONIS.

confines, quantitatem ac mensuram pro ratione loci vbi fit visitatio. Subinde bona mobilia, in altero scribantur, decimæ ac reliqui census ad quos soluendos Parochiani obligantur & annotentur non soluentes, quod multum fecerit pro conseruatione rerum & bonor. Ecclesiasticor.

Generale.

Vbi solę Archipresbyterales sedes inuisuntur, ibi quę oculis subiici non possunt ea per Archipresbvteros ex Visitator. nostrorum mādato deinceps agentur, q̄ & de om̄ibus ipsis Visitatoribus referent, vt vel ipsi prospiciant vbi reformatione opus est, vel per eos ad nos relatio fiat.

In discessu quid agendum.

SI ecclesiam aut parochiam inuenerint, vbi nec doctrinæ insinceritas, nec morum turpitudine dominantur publicitus. Inter valedicendum ex suggesto, aut alioqui in conspectu concio. deo gratias agant, ac exhortentur cœtum, vt de virtute in virtutem procedat. Nam hoc ipsum alacritatem & calcar ad virtutem addet hominibus bonæ voluntatis. Nā & æthiopicus poeta dixit: Virtus laudata crescit.

Sin multa correctione digna compererint, ad pœnitentiam omnes cohortentur, & ad fructus pœnitentiæ dignos. Paulus vbiq; copiosam subministrat materiam neq; incommodum argumentum ex cap. 5. ad Ephe. desumi poterit. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus em̄ lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probātes quid sit beneplacitum deo, & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Et cætera quę sequuntur.

De scholis, Typographis ac Bibliathecis visitandis.

Scholę ac Bibliathecę diligenter visitandę sunt iuxta Decretorum sub titu. de scholis Typographis ac Bibliathecis, tenorem

- Academię nostrę Colonien. restaurationē ex animo cupimus, sed quoniā res ad multos pertinet, & vt sunt in vniuersitate multa capita, ita multi sensus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipsi putet, publicis studijs subueniend. faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cætera scholę tant apud Collegiatas q̄ parochiales ecclesias diligenter repurgandę sunt, lectiones in bonis literis, in sacris quoq; præscribendę sunt, Didasculi quod ad eruditionē & vti tam attinet diligenter examinandi, simul & eorum libri inspiciendi, qui si suspecti ac nothi fuerint, abijciantur.

Vbi de stipendio satis prouisum nō erit ad modū in Concilio præscripto prouideatur.

Cætera, Visitatores pro ipsor. circūsp̄ctione & prudentia à deo data disponent.

Laus deo qui opus suum promoueat ac prosperet.

SEQUUNTUR POST HANC PRAESCRIPTAM FUTURAM
 Visitacionis formulam, Argumenta quæ dā singulorum capitū, quæ sub titulis suis, in Con-
 cilio provinciali dudū celebrato, ad Christianæ pietatis augmentū, non paucis comprehendū-
 tur, ac breue intra tempus, vna cum Enchiridio (quod in tres partes diuidetur)
 publicitus euulgabuntur.

DE MVNERE EPISCOPALI.

OFFICIUM EPISCOPI POST VERBI PRAEDI-
 cationē consistit potissimū in impositione manuum, & visi-
 tatione ecclesiarum.

D E impositione manuum, q̄ est ordinū ecclesiasticorū collatio, ac institutio ministrorū. <i>Ca. 1.</i>	2
Ad certū titulum ecclesiæ ministros canonice deligendos ordinandosq̄.	3
Manum nemini cito imponendam.	4
Humani adfectus & venalitas in beneficijs ecclesiasticis, execrabiles.	5
Beneficia ecclesiastica, priusquam vacent, nemini promittenda.	6
Dignis tantum beneficia esse conferenda.	7
Idoneos tantum in p̄latos eligendos esse.	8
In eligendo, ætas, mores, literatura & sacer ordo spectanda.	9
Electiōnem synceram esse oportere.	10
In confirmatione electiōnis, quæ expendenda.	11
Per patronos, idoneos p̄sentari oportere.	12
Quid incumbat Archidiaconis.	13
Aliquot abusus Officialium inter visitandum corrigendi.	14
Omnes qui de beneficijs disponunt, sui officij admonendi.	15
Moderatio patronos laicos respiciens.	16
De officio Vicariorum in pontificalibus.	17
Quid ipsis potissimum curandum sit.	18
De ætate ordinandorum.	19
Testimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos sacris, exhibendum.	20
De cruditione ordinandorum inquirendum.	21
Videndum quo affectu ad ordines accedatur.	22
Quanto temporis spatio, ante maiorum ordinum receptionem, initiandi se p̄sentare debeant.	23
Item, & quid initiandi tum secum allaturi sint.	24
Quale testimonium adferendum.	25
Die Mercurij proxima ante susceptionem ordinum, examinandi, qui initientur sacris.	26
Neminem ab examinatione immunem esse oportere.	27
Cuius admonendi sint pridie ordinationis die, initiandi sacris.	28
In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda.	29
Ab initiandis nihil exigendum.	30
Literæ dimissoriæ nulli temere concedendæ.	31
Tituli ordinandorum diligenter discutiendi.	32
Peregrini Clerici quomodo admittendi.	33
Odiosa beneficiorum pluralitas in vna eademq̄ persona.	34
Dispensationes inspiciendæ vt occurratur abusibus.	35
In resignationibus ac permutationibus beneficiorum quæ cura adhibenda.	36
P̄stat paucos esse bonos quàm multos inutiles sacerdotes.	
De visitatione vltimo loco dicendum.	

D E officio priuato ac publico, vitæq̄ ac moribus Clericorum generatim. <i>Cap. 1.</i>	2
Vnde clerici appellatio deriuata.	3
Clericum suo officio intentum esse oportere.	4
Duplex Clericorum ministerium.	5
Biblia à clericorum manibus nunquam deponenda.	6
De horarijs precibus indies perlegendis, & reformandis Breuarijs.	7
Pro cuiuslibet affectu, non facile nouandum quid in ecclesiastico officio agitur.	

SVENI CAP. CONCILII PROVIN. COLONIEN.

Quo affectu horarias preces persolvere oporteat.	8
Summa deuotione missæ sacrum celebrari oportere.	9
Arguuntur qui polluta mēte altare domini accedunt.	10
Reuidenda Missalia ac Breuiaria.	11
Quæ omitti aut decurtari, vel organorum vel cantorum concentra haud debeant.	12
Quemadmodum Missa legenda.	13
Quid post eleuationem Eucharistiæ agendum.	14
Organorum melodia quemadmodum temperanda.	15
Singulis dominicis diebus, quæ ipsis peculiaria sunt officia dicenda.	16
Confessio, missæ præambulum, deuote recitanda.	17
Cur sacerdos in altari ministrum habeat.	18
Omnis cultus diuinus summa cum ueneratione peragendus.	19
De vita ac moribus clericorum.	20
Ob quam causam Clerici male audiant ac puniantur.	21
Præcipuæ causæ omnis mali tres.	22
Ambitionem ac fastum Clericali officio maxime repugnare	23
Omnis luxus Clerico interdictus.	24
Clerico non licere vel cauponem agere, vel tabernas, nisi necessitatis causa, intrare.	25
Habitus, seu exterioris corporis cultus modestia, à clericis exigitur.	26
Mali exempli est, sacerdotem se uenditare in Capellanum delicato laico aut mulierculæ.	27
Suspecta mulierum cohabitatio Clericis interdicta.	28
Auaritia in clero execrabilis.	29
Honesto artificio victum quærere clerico licet.	30
Clerici ne mercatores sint, multo minus feneratores.	31
Damnantur Clerici superstitioni, scurræ, curiosi ac leuiculi	32

D E metropolitanis, cathedralibus & collegiatis ecclesiis, & in his ministrantibus.	Cap. 1.
De officio Decanorum.	2
De officijs in eiusmodi ecclesiis ministrantium.	3
De Canonicorum vita & officio.	4
Quemadmodum preces horariæ aliæq; diuinæ laudes decantandæ.	5
Inter sacra nihil ne cogitandum quidem, quod dei aut ecclesiæ oculos offendat.	6
Decanæ exempli summi potestas in præuicarios.	7
Quem oporteat esse vestitum ministrantium in hisce ecclesiis.	8
Decani vndiquaq; adhibebunt.	9
Ante omnia vero vt Canonici sacris adsint.	10
Vicarij vt diuinis laudibus decantandis intersint, adigendi.	11
Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundaciones beneficiorum est imposita.	12
Lucri tantum causa sacris adesse non oportere.	13
Capitula disciplinæ qualiter obseruanda.	14
Officium Decani in rebelles.	15
Contentiosi ad pacem & concordiam per Decanum & Capitulum reuocandi.	16
Pœna aduersus contentiosos pertinaces.	17
Quo tempore Capitulum quotidianorum cōuentus obseruādi.	18
Volumina statutorum reuidenda.	19
In Capitulis à iuramento facili exactione temperandum.	20
Inter visitandum de moderandis annis (qui expectantiæ appellantur) videndum	21
Non oportere à Canonico recens admissio, pecuniā statutariā duplicatā ob antecessorē exig.	22
Communi necessitati ecclesiæ, communi contributione consulendum.	23. (22
Tribunalia extra templa collocanda.	24
Optandum, vt deambulationes in hisce ecclesiis prohiberi possint.	25
Theatrales ludos non inferendos templis.	26
Cuiusdam abusus abrogatio.	27
Processionum Collegiatarum ecclesiarum, quæ ad maiorem fiunt, moderatio.	28
De processionibus non abrogatis.	29
Quomodo ad anniuersaria Episcoporum in maiori ecclesia conueniendum sit.	30
Minora ministeria idoneis committenda ac decenter peragenda.	31

D E Parochis ac eorum Vicarijs, alijsq; verbi ministris.	Cap. 1.
Qui admitendi.	2
Orandus deus vt mittat operarios in messem suam.	3
Vnde dinoscere oporteat Pseudoecclesiastes.	4
Soli, auctoritate ordinaria comprobati, ad verbi ministerium admittendi	5
Qui sunt legitimi parochi, & illorum vicarij, modo tamen hi examinati prius & admissi sint.	6
Fratres mendicantes quatenus admittendi.	7
Quam modestiam fratres mendicantes in verbi prædicatione seruare oporteat.	8
Non ferendi, qui in iurisdictiones & potestates temere ad plebem inuehantur.	9
Abusus est, qui parochi suo officio interdicit.	10
Fratres mendicantes his synodalibus constitutionibus erunt parentes.	11
Decet quoq; vt fratres eatenus ordinariæ potestati subijciantur.	12
De semel certo loco destinatis ac admissis non temere retrahendis.	13
Qui nulla legitima auctoritate innixi, se verbi ministerio ingerunt, vt seditiosi cõprimendi.	14
Prohibentur omnes apostatæ monachi ignoti ac peregrini spermologi.	15
De Terminarijs quatenus admittendi.	16
Privilegijs fratrum nihil derogatur.	17
Monachorum ecclesiæ per seculares (vt vocant) presbyteros gubernandæ.	18

D E vita ac moribus parochorum.	Cap. 1.
Vita vt doctrinæ in parochi conueniat, necessarium.	2
Pastorem gregis exemplum esse oportere.	3
Vitanda parochi in primis avaritia.	4
Parochi familiam irreprehensibilem esse debere.	5
Parochi luxus omnino cauendus.	6
Pudicitia seruanda parochi.	7
Quæ fugienda & quæ sectanda parochi.	8

D E diffeminatione verbi.	Cap. 1.
Quid parochi meditandum.	2
Fidelitas in primis in parochi requiritur.	3
Quis sit fidelis verbi dispensator.	4
Omnis scriptura ad geminam charitatem exigenda.	5
Summa euangelicæ prædicationis.	6
Parochi cautiss. sollicitudine in prædicatione verbi vtendū.	7
Quemadmodum sermo tēperandus.	8
Quid cauendum inter concionandum.	9
Nihil aut fabulosum aut suspectum adferendum.	10
Loquacitas vitanda.	11
Quemadmodum parochum aduersus hæreticos pugnare oporteat.	12
A scommatis & conuitijs abstinendum.	13
In contentiosis dogmatibus quomodo docendus populus sapere.	14
Qualem oportet esse parochum in reprehendis criminibus.	15
Manifesta reprehensio vtriusq; potestatis vitanda.	16
Quomodo corripiendi magistratus.	17
Admonendus populus vt oret pro magistratibus.	18
Notantur qui secus docent.	19
Summa doctrinæ Christianæ in Enchiridion contrahenda.	20
Enchiridion quæ docebit.	21
Ordo concionandi, quem simpliciores sequentur.	22
Sanctorum historiæ quatenus attingendæ.	23
Allegoriæ quomodo explicandæ.	24
Quomodo finienda concio.	25
Quid recitandum finita concione.	26
Quomodo finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis.	27

D E administratione sacramentorum.	Cap. 1.
Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacramenti exhibitione.	2

CAP. CONCILII PROVIN. COLONIEN.

Quid agatur in baptismo.	3
Cuius sint admonendi susceptores infantis.	4
Populus docendus, quid velint externa signa.	5
Quomodo accedendum ad baptismum.	6
Baptismus in facie ecclesie peragendus.	7
In confirmationis exhibitione quid docendum.	8
Quomodo ad sacramentum confirmationis accedendum.	9
Cuius sint admonendi susceptores confirmati.	10
De moderatis donarijs, q̄ susceptores infantibus donant.	11
Docendus populus de signis externis.	12
De sacrosancta Eucharistia.	13
Quid docendus populus in huius sacramenti ministracione.	14
Quibus persuasum est vtrancq̄ speciem, laicum participare oportere, quomodo docendi.	15
De veneratione sacrosanctæ Eucharistiæ.	16
Quomodo tantum miraculum in hoc sacramento fiat, populus docendus.	17
Quomodo admonenda plebs ad sumendam Eucharistiam accedens.	18
Qui ad hoc sacramentum participandum admittendi.	19
Quatenus alteri quàm suo parochio confessus, ad Eucharistiam admittendus.	20
Intra annum saltem semel communicandum.	21
Quorum admoneri populus hoc sacramentum participaturus maxime debeat.	22
Docendus quoq̄, cur hoc sacramentum sub specie panis & vini institutum sit.	23
Quomodo singulis dominicis diebus plebs ad audiendam missam se præparabit.	24
Docendus populus generatim, quid agatur in missa.	25
Corripiendus abusus eorum, qui ante finitam missam irreuerenter discedunt.	26
Docendus populus, quale sit Missa sacrificium.	27
Exequiæ ac Missæ pro defunctis, quando, & cum qua admonitione celebrandæ.	28
Qui ad exequias euocandi.	29
¶ De pœnitentiæ partibus.	30
Prima pœnitentiæ pars Contritio, in suggestio semper pertractanda.	31
Neminem non ad pœnitentiam inuitari.	32
Prefbyter q̄ à cõfessionibus est, qualis eẽ debeat.	33
• Quid confitentẽ docebit presbyter confessorius.	34
Remedium pro ratione morbi adhibendum.	35
Nimis anxij quomodo tranquilli.	36
Moderatio in casibus referuatis.	37
Publicæ pœnitentiæ vsus in ecclesiam reuocandus.	38
Recitata confessione, quid agendum per parochum.	39
¶ In matrimonij sacramento quid agatur.	40
Quẽadmodũ monedi sunt, q̄ matrim. cõtrahere affectat.	41
Matrimonium tria complecti.	42
Pium votum & in clandestine contrahentes censura.	43
Coniunctio coniugum in facie ecclesie peragenda.	44
Peregrinos & ignotos sine legitimo testimonio non coniungendos.	45
In gradibus consanguinitatis & affinitatis, Concilium generale obseruandum.	46
Ludicra tollenda.	47
¶ De sacro ordine dictum esse prius.	48
Cur adhibeatur extrema vnctio.	49
Quomodo impendenda vnctio extrema.	50
A sepultura nemo in communionem discedens, repellendus.	51
Quam admonitionem in sepulturis & exequijs fieri oporteat.	52

D E victu Parochorum.	Cap. 1.
Parochis victus necessarijs suppeditandus.	2
Vicecuratos quos vocant, ex prouentibus ecclesie congruam sustentationẽ recepturos.	3
Qui ecclesias vnitas habent, Vicarijs perpetuis portionem congruam assignare oportere.	4
Vbi redditus non suffecerint, quid agendum.	5
Denarius consuetus, sed duplicatus pendendus.	6
Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Colonie per hæc non abrogari.	7

CAP. CONCILII PROVIN. COLONIEN.

D E constitutionibus ac consuetudinibus ecclesiasticis.	Cap. 1.
Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda.	2
Irrisores ecclesiasticorum ieiuniorum refelluntur.	3
Ecclesie constitutionem charitati cedere.	4
Quid in ieiunio potissimum spectandum.	5
Redarguuntur qui quadragesime obseruationem contemnunt.	6
Lætanie & Rogationes cur institutæ, & quomodo populus admonendus sit.	7
Processiones intra septa ecclesiarum peragendæ.	8
Admonendus populus, cur ferie institutæ.	9
In ferijs soli deo vacandum.	10
Dies dedicationis tēpli extra Coloniã vno die vbiq; celebrãdus, & quõ sit admonēdus ppl̃s.	11
Cur templa & altaria consecrentur.	12
Populus docendus, quid agatur & significetur in consecratione templorum & altarium.	13
Cur benedicantur campanæ.	14
Docendus populus, vt signatis potius quàm signis inhæreat.	15
Quicquid in cerimonijs ad abusum spectat, caute ac diligenter cauendum.	16
Cur reconcilietur templum aut cœmeterium.	17
Quæ pollutio reconciliationem requirat.	18
Quorum sumptu & expensis reconciliatio faciendã.	19
Immunitatem ecclesiasticam in duobus potissimum sitam esse.	20
Quemadmodum fraternitates reformandæ sint.	21

D E vita ac conuersatione monastica.	Cap. 1.
Neminem monachismi professione temere alligandum.	2
Admonendi parentes, ne liberos inuitos in monasterium detrudant.	3
Quo affectu monastica vita amplectenda.	4
In monasterijs habendus, qui doceat legem domini.	5
Verbi prædicatorem in monasterijs esse oportere.	6
Monachi bonæ indolis ad Academiã mittendi.	7
Moniales non esse alligandas, vt nulli quàm suo (vt vocant) patri aut s̃posito consiteantur.	8
Mutatã esse paulatim faciem monasteriorũ, ac vsurpatũ hospitij ius s̃l' cũ accessu moderandũ.	9
Visitatio monasteriorum necessaria.	10
Sumptuosi monialium Præpositi abrogandi, & frugales & economi constituendi.	11
In monasterijs monialium victum ac mensam communẽ oportere.	12
De Præpositis solitarie commorantibus.	13
Visitandæ domus fratrum Teuthonicorum, diui Iohannis Baptistæ & Antonitarum.	14
De vita & conuersatione monachorum.	15
Monachorum studia atq; exercitationes quales esse oporteat.	16
Monachos vagos sub custodiam reuocandos.	17
Literas priuatas monacho aut monachæ, iniussu Abbatis resignare non licere.	18
Canonissarum secularium mores reformandi.	19

D E hospitalibus & orphanatrophijs, alijsq; id genus prijs locis.	Cap. 1.
In hospitalibus in primis animæ curandæ, deinde corpus.	2
In hospitalia qui recipiendi.	3
In hospitalia pauperes eius loci, vbi constituta sunt, potissimum recipiendos, &c.	4
Mendicantibus validis hospitalia clausa, & mendicitatem interdiciendam esse oportere.	5
Magistrorum hospitalium prauis adfectus damnantur.	6
Quam grauius peccent, qui ex pauperum victu se ditant.	7

D E scholis, typographis, ac bibliopolis.	Cap. 1.
Scholæ inter visitandum repurgandæ ac instituendæ.	2
Apud singulas ecclesias habendus vir eruditus, qui clericos eius ecclesie instituatur.	3
Qui huic viro victum suppeditabunt.	4
Quemadmodum Academiæ instaurari ac studia ali possint.	5
Pium votum ad studia subleuanda.	6
Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri potest, renouari æquum esse.	7
Quid curandum in Academijs.	8
Nihil imprimendum aut vendendum, nisi reuisum prius.	9

CAP. CONCILII PROVIN. COLONIEN.

D E iurisdictione ecclesiastica contentiosa.	Cap. 1.
Excommunicationis origo & præcipuus vsus.	2
Cur passim in omnes inobedientes excommunicationis censura distringi cœperit.	3
Vsum excommunicationis in publice criminosos in lucem reuocandum.	4
Quid cauendum in decernenda excommunicationis censura.	5
Excommunicatos vitandos.	6
Non passim contra omnes delatos per Fiscales inquirendum.	7
Manifesti criminosi pro quæstu nequaquam ferendi.	8
Clerici grauissimorum criminum rei, secundum canonicas sanctiones puniendi.	9
De Testamentis insinuandis, approbandis ac exequendis.	10
Bona presbyteri ab intestato defuncti, in piam causam conuertenda.	11
Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minime grauis.	12
Iuramentorum facilis exactio in iudicijs refrenanda.	13
Formula inquirendi hæreticos delinianda.	14

D E visitatione ac synodis Archiepiscopalibus, Archidiaconalibusq̃.	Cap. 1.
Quo ordine visitatio instituenda.	2
Quæ vbiq̃ corrigere oporteat.	3
In primis reformandos esse Decanos.	4
Inquietos & prælatis rebelles, corripiendos.	5
In monasterijs quomodo abusus percipiendi.	6
In visitatione parochiarum quid agendum.	7
Habenda concio per Visitatores.	8
Interrogandus parochus, quo titulo ministerium gerat.	9
De vita, moribus & doctrina inquirendus.	10
De habitu, tonsura ac reliquis externis videndum.	13
Num hæresis quæ piam serpat, diligenter inuestigandum.	12
Num agantur agantur alia, quæ cum dei & ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum.	13
De puerorum institutione, & hospitalium cura quærendum.	14
Vitia quibus assueuerint parochiani, acriter corrigenda ac reseruanda.	15
De officio parochi inquirendum.	16
• Synodus episcopalis anno bis habenda.	17
Quid agendum in synodo episcopali.	18
De synodis Archidiaconalibus & ruralibus.	19
Officiales Archidiaconorum, & Decanos rurales, viros graues esse oportere.	20
Synodi Archidiaconales antiquitatem quandam præ se ferunt.	21
Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium obseruationi.	22
Inter visitandum abusus corrigendi.	23
Procuracionem suo officio recte fungentibus pendi æquum esse.	24

¶ Coloniae in officina Quenteliana. Anno M. D. XXXVI.

